



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von**

**Erfurti, 1675**

XXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

*Clerus transf-  
actionē non  
ratihabet.*

Clerus tributis violenter subiectus, Sena-  
tui foederis Suevici ad cassandum tradere-  
tur, indictiones Ecclesiarum abrogarentur,  
Clerici accepta clamna condonarent, extorta  
sibi decem millia florenorum haud condicerent.  
At ꝑ cum hæc duriora Clero viderentur, non rati-  
habuit, sed in imperiali Camera jus suum  
prosecutus est, prudenter, si non eo tem-  
pore vixisset, quo revisionis, ut vocant,  
abusus justitiam in vinculis habebat: ete-  
nim obtinuerunt quidem spoliati restituti-  
onis sententiam, sed quæ ad usque reviso-  
rum opem suspensa, iisque nunquam  
venientibus suffocata est. Legati foede-  
ris, qui laudum edixerunt, Franciscus  
Burckardus Juris Canonici Ingoilstadii  
professor, Georgius de Knorringen eques  
Teutonicus, & Jacobus Wideman Nör-  
lingensis Consul fuerant.

**XXVII.** His legibus Electori suo conciliata civi-  
tas, in Saxonum indignationem incidit.  
*Lites civitas  
cum Saxonia  
accipit.* Illi ꝑ jus conducendi per ipsam Urbem  
pretenderant, sed cives Heroldum ad-  
dempto Bacillo impediverant. Hic a. Her-  
vatus in Curia Saxonum iram augebat,  
præterea Kapplendorffium oblata sorte  
Civitas repetiit, & atroces finium con-  
troversia inter Mühlberg, & Wassenburg,  
pignorationibus utrinque & violentiis au-  
cta. \* Hinc ad hostilia Saxones, & ca-  
ptis civibus Urbis aditus undique præclu-  
dunt. Anno superiore vehementior

**MDXXXIII**

ve ritus

ventus S. Severi pinnam, (a) quæ duas  
 inter media, altior exurgit, dejecerat,  
 id imminens bellus ostentum credebatur,  
 & auxit in vulgo timorem. Moguntinus  
 ne quid Civitas sua periclitaretur, Præ-  
 positum ac Decanum Cathedralis Eccle-  
 siæ, simul Cancellarium suum Casparum  
 de Westhausen submittit. Indicitur con-  
 ventus Lipsiæ, & interveniente Alberto,  
 quæ Magdeburgensi Archiepiscopo, ac  
 Georgio Duce, de pace actum est: Sal-  
 vum sit conducendi jus Electori Mo-  
 guntino, & Civitati per Erfordiam, He-  
 roldus, tamen Saxonicus ad hospitium e-  
 quitare non impediatur, Saxones præfe-  
 cturam Kapplendorff relictioni obnoxia-  
 am cognoscant. Finium regundorum lis  
 non vi, sed jure terminetur. Damna  
 hæcenus illata compensentur: sub his aliisq;  
 legibus pax inita est. Cum Comitibus  
 de Gleichen ratione feudorum, quæ Ci-  
 vitas ab ipsis, & cives singuli frequentissi-  
 ma recognoscunt, dissidia supererant,  
 quorum abolitioni dies Mühlbergæ indici-  
 tur. Ibi Comites varia bona, quæ in Gif-  
 persleben, Ollendorff, Zimmern, &  
 Atzmansdorff habebant, Civitati in feu-  
 da pro tribus millibus quadringentis flore-  
 nis concedunt, Senatui fidelitatis jura-  
 mentum remittunt, feuda, de quibus o-  
 lim cives investiti, fæminea, & à servi-  
 tiis immunita renovant, eadem sub juris-  
 dictio-

*Transactio*

*Lites cū Co-  
mitibus de  
Gleichen or-  
tae compen-  
santur.*

P 3

dictio

(a) MS. Chron. Erfurtæ

*Clerus Marianus Rudelst. denuo repetit, sed intercipit Saxo.*

*Saxo gradat urbem.*

dictione Senatus relinquunt. Dilatio, quam redemptioni Rudelstadii Marianus Clerus dederat, effluxit. (a) At denuo † ad exactam fidem furda Civitas. Saxo Elector cum imbecilliozem videre Clerum, quam ut ab Urbe pagum condiceret, se pari jure, quo Civitas nititur, intercipere prædam posse credens, occupat. Sic Erfordia pagum sine pretio amisit. Est hoc inversæ fidei præmium, quod & utilitate speratâ careat, & labe apud posteros notetur. Aliis insuper postulatis vexata Civitas: Elector Joannes Fridericus ad provinciales conventus citat, novum prædicantes ritum hinc inde † obtrudit, exigat tributa, feuda objicit, militiam imperat, appellationes recipit, atq; alia præterdit, quæ Civitatem Saxoniam municipiis æquarent. Erfurtenses Legatos instruunt, qui deprecarentur postulata, libertatem opponerent; Torgavii Electorem convenere: *Esse urbi suæ antiquissimam libertatem, agnitam semper, imò à Saxonie Ducibus protectam, eam à novis postulatis infringi, nunc primum à Joanne Friderico, à nemine majorum unquam propositis. Ad provinciales conventus subditos citari, iisdem tributa imponi, Religionem aliunde pendere, appellari ad Dominum, militiam veris vasallis indicî: sed Erfordicæ feuda libera esse, nullis unquam servitiis obnoxia, Saxoniam Principes nec Dominos, nec urbem subditam: obstare postulatis pacta majorum, illane accepta ab iis fides, & rancida*

(b) *Archivum Marianum.*

empta protectio esset? Joannes Fridericus, examinato per Consiliarios negotio, à petitis destitit.

Post hæc pluribus annis res pacatæ: **XXVIII.**

lites enim quæ cum Domino intercesserunt, Imperialis Camerae Spirensis decisioni submissæ sunt: nec momenti alicujus mutatio contigit, nisi quod magis in errores fidei civitas rueret, atque ob id antiquæ Religionis asseclæ nonnunquam angerentur, \* ipsi Clerici (a) ratione †

focariarum divexati, quibus Senatus peculiarem vestium habitum imperare nitebatur. \* Concussit quietem Electoris Alberti mors, † quam electio Sebastiani brevi secuta. \* Anno sequente cum inter Cæsarem, & Schmalkaldenses foederatos acriore studio bellum ageretur, ac

Mauritius Saxo cum Bohemis in proscripti Friderici provincias arma verteret, hujus Capitaneus cum viginti peditum vexillis, & equitum turmâ propè Cyriaciburgum confedit, ac recipi in Urbem petiit. Ast (b) Senatus in turbulento Imperii statu non fidens portas clausit: ita exclusus postquam octo diebus vinetis aliisque prædiis clades intulisset, ulterius

movit. \* De reliquo Civitas clam Friderico plus, quam Cæsari faverat, sed dum ad eventum belli cunctari vellet, longa dissimulatione sua studia prodidit. Cæsari

centum ab urbe exigis.

MDXXXVI

Focariarum peculiaris habitus præscribitur.

MDXXXV

Moritur Albertus.

Succedit Sebastianus.

\*MDXLVI.

\*MDXLVII

Cæsar pecunie summam ab urbe exigis.

P 4

(a) MS. Chron. Erfurt.

(b) Anon. Chron. Erfurt. MS.